Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis
de multitudine miserationum tuarum sper an
tibus partem aliquam et societatem dona
re dignaeris cum tuis sanctis apostolis et mar
tyribus cum Iohanne Stephano Matthia Barna
ba Ignatio Alexandro Marcellino
Petro Felicitate Perpetua Agatha
Lucia Agnete Cecilia Anastasia et
cum omnibus sanctis tuis intra quorum nos
consortium non estimator meriti sed veniae
quaesumus largitor admitte Per christum dominum nostrum
Per quem haec omnia domine semper bona cre
as. Sanctificas Vivificas Be
nedicis et praestas nobis Per ip
sum et cum ipso. et in ipso. est tibi deo
patri omnipotenti in unitate spiri
tus sancti omnis honor et gloria Per om
nia secula seculorum. Amen Oremus. Praecep
tis salutaribus moniti et divina institutione
formati audemus dicere